

CLYSTERES purgantes nonnunquam sunt necessarii, non tamen semper. Si alvus admodum obstructa sit vel adstricta, feces hisce emolliri & evacuari queunt. Aliàs vix merentur locum, cum naturam à crisi turbant. Injici poterunt, quâ libitum sit horâ.

℞. *herba cichor. albae, centaur. minoris, Galia a. Mj.*
rad. albae, lilior. albor. a. ʒj.
flor. chamæmeli Mj. rhabarbar. Alex. ʒʒ.
fol. sen. alex. s. s. ʒj. hordei mundi Mj.
 coq. in s. q. Font. Colaturæ ʒʒ adde
electuar. de psyllio ʒj. Ilenitivi. ʒʒ.
 ʘʘ *violacei, lini, a. ʒi.*

F. Clyster, tepidè per syphonem stanneum ex vesicâ bubulâ injiciendus.

Ægrotans si renuit applicationem clysterum, vice eorundem glandes & suppositoria fungi possunt.

℞. *spec. diacolocynthidos ʒj. pulv. rad. belleb. albi. ʒʒ.*
 Cum melle cocto ad crassitiem f. l. a. suppositorium.

CAPUT L.

Diaphoreticorum usus.

DIAPHORETICA sunt, quæ occultam malignamque & perniciosam qualitatem, non solum in sanguine, sed & in habitu corporis, omnibusque partibus hærentem coercere & extinguere possunt. Hæc in malignâ leni sudore venenum, quod circumstans frigus ad cor propulerat, per circumferentiam totius corporis excludunt. **SUDOR** est solus, qui febrem exsolvit, inquit *Ludovicus Duretus in Coacas prænotion. Hippocr. tract. 4. de excrement. cap. 2. aphor. 1.* Et vix ulla est febris, exceptâ hecticâ, quæ perfectè sine sudore curatur, aut cessat.

Quæcunque ætas ac temperamentum sustinent sudorem. Id tamen notandum, quòd biliosi & calidiores homines leniter sint tractandi, nec largò sudore emaciandi. Elicitur sudor
 exter-